

Nobilissimo Viro  
CONSTANTINO HUGENIO

Toparchæ in Ruylichem

Serenissima sua Celsitudini Arausiensi  
ab Aranis et Consilij


Godofridus Wendelinus. S.

Qui meas ante annum (quas dabam postremas) ad te VIR NOBILISSIME  
pertulisse creditus est, ille Hagâ reversus unum horum renuntiavit, nullas sibi  
ab te redditas, sine id ex vero retulit, sine mihi os subleuit homo, ut nihil  
duram aliud mihi iam ex suspecto infestus, et cui responsionem committi non  
oportuit, ut factum bene sit si factum non est. At qua tunc scribebam, et  
ad qua arrectum animum tuum volui parvis hic habere. Dicebam duas me servare  
claves Sideratis sacrarum, duobus istis versibus voluit involucris obducatas ac tectas.  
Annosi mentis coeli super aethera scandam  
Summa petam calamo quia menti sollicitamus. Ex quibus singulis, si litteris ipsidem  
duo alteri construerentur versus, eos ipsos prodituros claves illas mortalibus om-  
nibus hactenus invisas atque ignoratas, et sine quibus frustra omne coeli studium.  
Has ergo si mortales hactenus alios, at certe te ignorare diutius non patiar, ne  
sacrilegio me diuturniore confolerem. Sunt ergo errasti.

- 1 In coelu par est hodierna Crastina summa
- 2 Par summam atque imam rict Oscillatio Lunam.

Dixam quod dico plenius  
Dico et plinius. Aio primum Omnes dies naturales esse inter se aequales, nec  
Longiorem aut esse aut fuisse unquam hodiernam crastina, contra quam omnes  
hactenus artifices senserunt ac consueverunt. Nimirum (inquunt) Sol circa media  
Tauri et Scorpii ritibus pervenit ad meridiem totis 10 minutis horarijs propter  
Absorptiones rectas. Idem ipsdem de casu circa media Leonis atque Aquarii meridiem  
attingit ferius totidem minutis, plane ut monaginta dies numerati a medio  
Aquarii ad media Tauri sint futuri dies 89 hora 23' minuta 40 tantum. Contra  
a medio Tauri ad media Leonis futuri sint 90 cum hora 0. 20'. Nam dicunt  
iniquitatem augeri volunt etiam accedente causa altera, nimirum ex Solaribus  
prophatibus quibus fit (aiunt) ut circa principia Arieti Sol tardius ad  
meridiem appellat totis minutis 8, circa principia Libra totidem id faciat ritibus.  
Ex quarum duarum causarum consensu necesse sit ut a medio Scorpii ad media  
Aquarii 30 minutorum colligendum sit discrimen, quibus dua Eclipses eludant  
omnem calculum. Ad refellendum hunc errorem atque ex Astronomia penitus  
eliminandum volebam artifices omnes intentos esse in observationem Eclipses  
autumnalis qua Octobri anni 1641 contigit. Ut eam conferre possem cum illa  
quam Februarii anni 1636 peregit in Provincia Narbonensi Cassendus ad miraculum  
accurate. Quid Lugduni Batavorum de coelo foratum sit nondum reficere potui.  
Bruxella medium fuit hora 7. 24 Lovanii Puteario nostro alyssine observan-  
tibus deprehensum est 7. 26 Ego hic Florij 7. 29 in domo admirando cum illis  
consensu. Unde tandem cuius Dierum aequationes in natura nullas in domo

Audeo tigo pronuntiare. inbitis omnibus  $\mu\epsilon\sigma\sigma\kappa\iota\nu\eta\tau\omicron\iota\varsigma$  non solum  
 circa nos dictum volui, quod inaequalitates istas daret, sed clare ac certo certius  
 Terram moveri, et diurnas suas revolutiones CONSTANTER ad Solem exigere.  
 Hoc prima istius claimis est effectum. Secunda hoc loquitur Motum Luna sine  
 in summo Apogaeo deurrat sine in imo Perigaeo semper deprehendi a me  
 Oscillatorium. hoc est. sicut ea quae Oscillo cartantur ex  
 A in B atque inde in C. atque abinde iisdem legibus ex C.  
 reduntur in B atque ita redeunt ad A sic prosthaphereses  
 Lunares Oscillationem hanc imitari deprehendo sine Luna  
 (ut Apogaea sine Perigaea. Itaque et Prosthapheresis graduum  
 v. c. 30 ante vel post Apogaeum est graduum 2-30 non minor, contra  
 atque omnes hactenus alij sentiunt. eadem prosthapheresis graduum 30 ante  
 vel post Perigaeum eorundem est graduum 2-30 non ut isti volunt maior.  
 Quod arcanum hactenus ignoratum Keplerum impulit ut Lunam accusaret de  
 suis moribus suspectam. alij vocarent desperatam. Haec sunt ergo Claves Vae  
 NOBILISS. quas tibi in sinum tranfdo. ne si me fata huius mei anni 63  
 Climacterium et qui  $\text{ΑΥΔΟΚΛΔΣ}$  dicitur Firmio, vorent, oculum quoque claudant.  
 Tu vero in ista Nobilitate et Bonitate et Constantia Exemplar ne pectoris  
 tui candorem oculum mihi volis. noles autem si huius mei homini atque  
 adeo fratris voces in aures tuas admittes gravem casum dolentis, et mihi  
 Tu Verbulo vniro viam invenies, et fores securitatis patofarices quod te  
 orat obferatque



NOBILITATI TUAE  
 Aeternum Devotus

Herio  
 1 die Novemb.  
 1692

Godefridus Wendelinus



R

Hu